Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26261
Copyright: Admont, Benediktinerstift

quia in omnem terram exiuit sonus eorum et in fines orbis
terre uerba eorum. Bene autem et candens dicitur. quia uita
predicantium sonat et ardet. ardet desiderio. sonat uoce.
Et quid candens e predicatio accensa. Sed de candentibus ere
scintille prodeunt. quia de eorum exhortationibus uerba
flammantia ad aures audientium procedunt. Recte
autem predicatorum uerba scintille appellata sunt. quia eos
quos in corde tetigerunt incendunt. Considerandum
quoque et quid scintille subtiles ualde et tenues sunt. quia
cum predicatores sci de celesti patria locuntur in tantum
ualent apte uerbo quantum possunt ardere deside
rio. Ex eorum quid lingua quasi quedam ad nos scintille
uenuunt. quia de celesti patria in uoce eorum uix
tenue aliquid cognoscitur quod tamen abeis in tantum amatur.
Neque enim celestem gloriam aut uidere tantum sufficiunt quan
tum est. aut tantum loqui prualent quantum uident.
Candens quidem et scintillas pretendit. quando uix tenuem pre
dicator loqui sufficit. hoc unde ipse fortius ignescit.

Leonis PP. In Paschali tempore. De Martyrib;

Quia annua festa sanctorum martyrum recolimus.
et tempo[illegible] DIGNUM ET CONGRUUM EST FRS. UT
laborauer[illegible] gaudia nra cum sancti martyrib; conse
quod remus[illegible] ramus. et his adnuntiemus dominice
rectos[illegible] resurrectionis gloriam qui consortes fuerunt dignae pas
sionis. Qui cum socii sint contumelie. debent et pur